

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

VOL. XXXVII

JULY, 1963

NUMBER 418

JOHN XXIII

D. O. M.

The Holy Father is dead.

John XXIII, Supreme Pontiff, 262nd successor of St. Peter, Vicar of Christ on earth, is dead—after four days of agony, during which the world kept vigil and prayed...

The sun set in more ways than one on that evening of 3rd June, 1963.

Life ebbed away from John XXIII, even as the sun was sinking behind the seven hills. A few days before he had said, "My bags are all packed and I am ready to go." That was the most important thing for him, as it is the most important thing, too, for every man born into this world.

John XXIII has passed away. The world mourns. For his passing was like the setting of the sun, leaving the world a bit more dreary, a bit more chilly, a bit less happy, a bit more gloomy to live in.

John XXIII shall be remembered as the Pope of the open arms. His was the mien of a kindly father. His lined and creased face was always lit with a warm sunny smile. He had no towering pretensions. He wanted simply to be a pastor, a shepherd, a priest whose parish was the whole wide world. And his open arms were only the physical gesture of his heart—always open to welcome everybody: those who were of the fold, those who were not of the fold, those who had strayed from the fold.

In a world whose wounds are still unhealed, still festering with distrust, suspicion and hostility, John XXIII was a living embodiment of Christ, whose Vicar he was—of Christ, meek and humble of heart; of Christ, dispenser of comfort and courage; of Christ who sowed kindness where there was envy, trust where there was suspicion, good where there was evil, love where there was hatred.

For John XXIII lived by a creed as simple as it is effective—the creed which the Lord left his Apostles at his Last Supper: “I give you a new commandment, that you love one another as I have loved you. This shall be the sign whereby the world will acknowledge that you are my followers, if you have love one for the other.” It is a creed we will do well to live by, too, if we wish to be Christians and rebuild a world laid waste by two World Wars.

In yet another sense, John XXIII was the embodiment of the Church whose visible head he was. 81 years of age was he—old, not young, but youthful! Even as the Church is aged—with two millennia to her years—but brimming with vigour and vitality. In Pope John the new wine of the spirit, the zest, the daring, the adaptability of youth, was poured in the cask of experience, sagacity, ripeness and wisdom that comes with age.

No iconoclast was he, no mummy either. He kept tradition where it had meaning and use: he did away with it where it had outlived its usefulness. He wanted no barnacles to slow up the Ark of God. But all the changes he effected or intended were anchored in a vision that wedded the loftiness of the supernatural to the deepest roots of human nature—supernatural justice and charity to the anguish and insecurity of the toiling masses in **Mater et Magistra**; the Peace of Christ to a world torn, bleeding and ravaged, in **Pacem in Terris**; the riches and

the haven of God's Kingdom to groping and searching modern man in the II Vatican Ecumenical Council.

He had a tender spot in his heart for the Philippines, too, as detailed in the sorrowing statement of His Eminence Rufino J. Cardinal Santos, published elsewhere in this issue.

John XXIII is gone. He could not have chosen, were it in his power, a better time than the time of Pentecost. The morning that brought us here in this part of the globe the news of his death, had for its Gospel theme the Parable of the Good Shepherd—what could be more fitting for the man whose foremost ambition was to be a Good Shepherd to his flock?

We grieve for his passing, but let our grief be brightened by the hope that the Spirit of God was poured forth upon his soul to fill it with the glory of the blessed. He would have said to us the same words that the Lord spoke when He took his leave on the last night of his mortal life: "If you love me, you would rejoice indeed because I am going to the Father."

Pope John XXIII has gone to his rest... in the Father. The soldier has gone home—another shall take his place. For the Church of God lives on till the end of time.

No tragic, irrevocable farewell. But the simple leave taking of fellow brothers-in-arms who say: Keep up the good fight, and see you again—home!

Heavenly Father, rest his soul!

ANTONIO PIÑÓN, O.P.

A Word On The Pope

The demise of His Holiness, Pope John XXIII, is indeed an immeasurable loss to the Catholic Church and the whole world, for which he was able to obtain the desired peace through his sterling spiritual leadership and his oft-repeated appeals to the heads of nations.

Our holy mother Church has lost a Shepherd, one of her most illustrious and beloved sons in the long history of the papacy. In his short reign as our Holy Father, he was able to infuse the Church with a new horizon of approach, dedication and discipline attuned to the exigencies of modern times. The clearest manifestations of his divinely inspired guidance to keep the mystical Body abreast of our new way of life are the Second Vatican Ecumenical Council, which He convened on October 11, 1962, and His epoch-making encyclicals—the *Mater et Magistra* and the *Pacem in Terris*. These are truly imperishable landmarks in the Christian pilgrimage of hope. There is not a single shadow of doubt that these guideposts will constantly afford our and future generations the healing waters of salvation in a world distracted by strife and pain.

Consequently, this world in pain, too, feels intensely the departure of a devoted and dedicated Leader of souls — whose insuperable obsession was for the peoples on the face of the earth to live in harmony and peace. His encyclicals, *Mater et Magistra* and *Pacem in Terris* project this ardent desire most eloquently. In a period of bitter antagonisms and spiritual anxieties. He had come to console the human race with His message of "sweetness and light." He died without an enemy either Christian or non-Christian.

To us in the Philippines, the death of Pope John XXIII is an irreparable loss, for we had received countless blessings and priceless gifts of our sacred faith. It was under His benevolent eye that

we saw the elevation of two archbishops, and the consecration of twelve bishops and the naming of an apostolic administrator. It was, too, during His reign that an Archdiocese, six Dioceses, and three Prelatures "Nullius" were established.

It was Pope John XXIII who named a Papal Legate to officiate at the solemn dedication ceremonies at our metropolitan Cathedral of Manila in 1958. This Papal Legate His Eminence, Gregory Peter XV, Cardinal Agagianian, presided at the historic conference of Asian Bishops in 1958.

It was the same beloved Pope of the common folk who elevated the Filipino College-Seminary in Rome to the rank of "Pontifical" for all time. After having blessed the cornerstone of this beautiful bastion of the faith in 1959, He presided at the solemn inauguration ceremonies of the Seminary in 1961.

Lastly, on April 30, 1963, He wrote as His last will and testament, an apostolic letter to the Hierarchy of the Philippines consoling and urging, and inspiring our Bishops and priests to bend every effort to restore our separated brethren in this Catholic country to the paternal fold, to animate lukewarm and indifferent Catholic, and to seek adequate means to remedy the lack of priests.

We feel, therefore, that our personal and national gratitude and bereavement can never know any earthly metes and bounds.

To us, personally, Pope John's departure leaves a profound void which can only be underscored by our sense of universal loss. We share, most poignantly, the deep-seated grief of the Filipino people for it was this illustrious and most beloved Holy Father, who on March 31, 1960 had placed on our people the greatest honors that any Pontiff can ever bestow upon a nation when He raised us to the Cardinalate.

Thus we cannot but regard His demise with intimate personal feelings since in a special manner this truly great holy man of God took us into the bosom of the Sacred College of Cardinals. For the first time in the history of our Catholic Philippines, a man of our race was chosen by the Supreme Pontiff to be elevated to a Cardinal's seat and although we consider ourself without merit, this distinction has filled us with ineffable elation because of the accolade that the Cardinalate symbolizes for the Filipino nation.

Thus, in extreme sorrow, we appeal to our people to join us in this period of mourning of our Holy Mother Church over the

loss of such a peerless Leader of Peace so richly blessed with God-given understanding and comprehension of human nature.

We enjoin our people whom Pope John XXIII so dearly loved to raise their hearts and voices to the throne of Almighty God commending in their humble prayers the soul of our friend, father and shepherd — His Holiness, Pope John, truly of blameless and glorious memory.

Beneath the mantle of our Blessed Mother, we now intone our united prayer that our Holy Father be borne on wings of angels to the feet of Our Lord and eternal King that there He may forever behold the Beatific Vision, and rejoice for all eternity the celestial glory, peace and happiness.

✠ RUFINO J. CARDINAL SANTOS

Archbishop of Manila

STATEMENT

In the inscrutable designs of His Divine Providence God has seen fit to call His servant Pope John XXIII to his eternal reward at a time when, to our human way of looking at things, his presence seems most needed for the completion of his many great undertakings for the welfare of souls and, in particular, for the work of the Ecumenical Council. But as Pope John himself so often declared, it was his task simply to do the things that had to be done and leave their completion and success in the hands of God.

When we consider the character and variety of the activities of his Pontificate it is difficult to realize that they could all have been included in a short reign of only fifty-five months. Of these works, the holding of the Ecumenical Council was easily the most spectacular but not less important and effective was his quiet work for the religious life of the Church and especially in the field of social work. His immortal encyclicals "*Mater et Magistra*" and "*Pacem in Terris*" will remain as monuments to his hunger for peace—for peace based on justice—and to his universal charity which embraced not only his own spiritual flock but the entire human race.

The links binding Pope John XXIII to the land and the people of the Philippines are many and varied. That which most endeared him to the hearts of Filipino Catholics was the appointment of the first Filipino Cardinal, His Eminence Rufino J. Cardinal Santos, Archbishop of Manila. The Church in the Philippines is indebted to him also for the erection of nine ecclesiastical circumscriptions and one Metropolitan See, and for the naming of two Archbishops and twelve new Bishops. The love and interest he cherished for the Filipino clergy and people was clearly shown by the joy he expressed on the opening of the Colegio-Seminario Filipino in Rome and by his going in person to bless and inaugurate the new institution. The same personal concern was again demonstrated by the

warm welcome given to His Excellency President Macapagal on the occasion of his State Visit last July 1962 and by the Pontiff's words spoken during the visit.

In these ways and in personal messages to the Hierarchy, to the Philippine Government, as well as in his addresses to national religious celebrations such as the Jubilee Commemoration of the 33rd international Eucharistic Congress, Father Peyton's Rosary Crusade, and the National Congress of Missions, our late Holy Father gave ample evidence of his zealous and fatherly love for the people of this great Catholic nation.

The memory of Pope John XXIII will always remain as that of a true image of the gentle Good Shepherd Himself. The patience and serenity with which, in his last hours, he offered to God his life and his suffering for the Ecumenical Council, for the Church, and for peace among all peoples, should inspire us with courage and hope. Let us pray for the repose of his soul and in doing so, let us thank God for the blessings he has given us through our late Holy Father and let us implore God for a continuance of His care by granting to His Church another saintly Pontiff to bring to full fruition the seeds sown by Pope John XXIII.

✠ SALVATOR SIINO
Nuntius Apostolicus

ROMAN CURIA

ATHENAEVM ANGELICVM TITVLO ET HONORE DECORATVR PONTIFICIAE STVDIORVM VNIVERSITATIS A S. THOMA AQVINATE IN VRBE

Dominicianus Ordo, cuius Sodales Decessor Noster fel. rec. Honorius III futuros esse praenuntiavit *pugiles fidei et vera mundi lumina*¹, per plurium saeculorum cursum in variaque alacritatis provincia, praeclaras sane catholicae rei peperit utilitates.

Sed quod idem Ordo maximo adiumento Ecclesiae sanctae fuit in christiana fide propugnanda et in doctrina disseminanda Evangelii, illud praecipue ex eo ortum esse censemus, quod divum Thomam Aquinatem, qui et *Doctoris Ecclesiae*² et *Doctoris Universalis Ecclesiae*³ nominibus est auctus, ad divinae sapientiae studium instituit et educavit: ut palam Decessori Nostro S. Pio X prae se ferre placuit, Epistula apostolica ad Summum Ordinis Magistrum missa, hisce verbis: *Huic enim inclito Ordini, quem unus ex insignioribus Ecclesiae Sanctis, in fidei subsidium a Domino datus, condidit, summae erit semper gloriae Aquinatem Doctorem inter suos Sodales adnumerare, clarissimum scholarum lumen, de quo merito dictum est, tot miracula patravisse, quot sapientes scripserit articulos*⁴.

Attamen Dominiciana Familia, non modo catholicae veritatis inserviisse rationibus dicenda est, quod Doctorem Commune

¹ Constit. apost. *Gratiarum omnium*, data die 21 mensis Ianuarii anno 1217, in *Const. S.O.P.* lib. 1, cap. 1, 2.

² S. Pius V. Constit. apost. *Mirabilis Deus*, data die 11 mensis Aprilis anno 1567, in *Bullar. Roman.*, VII, Taurini 1862, pp. 564-565.

³ Litt. Encycl. *Studiorum Ducem*, A.A.S., XV, 1923, p. 324.

⁴ A.A.S. II, 1910, p. 899.

veluti in gremio suo gestavit et aluit, sed etiam ob eam causam quod, iam fere inde ab eiusdem Doctoris placido decessu, ipsius disciplinae se nullo non tempore praestitit servantissimam; quemadmodum Decessores Nostri Benedictus XV et Pius XI huiusmodi edixerunt sententia: *Atque huic Ordini dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit*⁵.

Quod idem tum cuncta Dominicanae Sodalitatis industria ubique terrarum adhuc confirmavit, tum praecipue studiorum domicilia ab ea in hac alma Urbe condita. In quibus memoria dignum existimamus illustre Collegium a S. Thoma Aquinate appellatum, anno MDLXXVII constitutum ad S. Mariae Vico Minervae. Quod Collegium anno MDCCCXCIX subsecutum est Pontificium Collegium Angelicum, eo consilio adulescentibus sive Dominicani Ordinis sive variarum dioecesium, sive aliarum religiosarum Sodalitatum e qualibet natione apertum, ut inibi salutaria Aquinatis praecepta altius introspicerentur et latius exinde vulgarentur.

Eo enim non tantum Summus Dominicani Ordinis Magister aedes illas exstructurus spectabat, sed idem Decessor Noster S. Pius X, qui, aedificii mole nondum absoluta, haec ad Magistrum eundem scribebat: *Ibi enim rite exposita et inde diffusa late sapientia Doctoris Angelici tum ad philosophiae, tum ad sacrarum disciplinarum cultum, non dubitamus, quin praeclaros ubique fructus latura sit*⁶.

Atque re ipsa novum hoc Collegium, cui anno MDCCCXLII nomen Pontificium Athenaeum Angelicum est ascitum, non secus atque pristinum, id perpetuo egit contenditque, ut a S. Thoma tradita principia docendique rationem fideliter teneret, quae sive Romani Pontifices semper commendaverunt, maxime post editas a Decessore Nostro imm. mem. Leone XIII Encyclicas Litteras, quibus initium *Aeterni Patris*⁷, sive Codex Iuris Canonici nominatim praescribit⁸; ita nempe ut Decessor Noster fel. rec. Pius X

⁵ Benedicti XV, *Epistula ad Rev. mun. Patrem Magistrum Generalem L. Theissling*, data die 29 mensis Octobris anno 1916, in A.A.S. VIII, 1916, p. 397; Pii XI, *Litt. Encycl. Studiorum Ducem*, datae die 29 mensis Iunii anno 1923, A.A.S. XV, 1923, p. 324.

⁶ *Epist. Domum delectis*, A.A.S. I, 1909, p. 137.

⁷ *Acta Leonis XIII* I, 1881, p. 255; ubi Summus Pontifex scholarum ecclesiasticarum Magistris animum suum hisce verbis patefacit: *Nihil Nobis esse antiquis et optabilius, quam ut sapientiae rivos purissimos, ex angelico dimanantes, studiosae iuventuti large copioseque universi praebeatis* (p. 279).

⁸ C.I.C. can. 1366 § 2.

de eodem Collegio scribens haec asseveraverit: *Ubi Thomam tamquam domi suae habitare dixeris*⁹.

Nihil igitur mirum si praeclarum Athenaeum hoc, maxime in re ad philosophiam et theologiam pertinente, tantopere viguit et floruit, ut frequentior in annos discipulorum numerus ex variis Ordinibus Sodalitatibusque virorum religiosorum, ex variisque dioecesis in illud studiorum causa undique gentium convenerit.

Quam bonam omnium existimationem ex ea etiam intima temperatione et conformatione sui Athenaeum collegit, quam ad temporum ingenium et indolem referre numquam praetermisit. Nam primum anno MDCCCXXXVI proprium decretum tulit, ratum a s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum moderandis habitum, in quod normae inductae sunt, ad quas, iuxta Constitutionem apostolicam *Deus Scientiarum Dominus*, Pontificiae Studiorum Universitates et Studiorum Ordines constitui liceret. Deinde ad tres Studiorum Ordines, theologiae nempe. philosophiae et iuris canonici, qui iam a condito Athenaeo Angelico inibi exstabant, recentiore tempore, probante s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum praeposito, duo alia accesserunt, ut vocantur, Instituta: quorum alterum *disciplinis socialibus provehendis*, alterum *religiosae animi culturae docendae* destinatum.

Quibus omnibus cum animo Nostro consideratis, quoniam primo Athenaeum Angelicum cunctis apertum nationibus in legitimis versatur condicionibus, quas Constitutio apostolica *Deus Scientiarum Dominus* imperat, ut sive Studiorum Universitates sive Studiorum Ordines doctrinarum disciplinis floreant; quoniam deinde, ut diximus, *Valde expetimus divi Thomae praeceptorum veluti thesaurum summo cum rei christianae emolumento, cotidie largius effodi, atque adeo eius scripta latissime in vulgus edi, sive instituendi ratione, sive docendi genere a nostrorum dierum ingenio et indole nulla ex parte discrepantibus*¹⁰; quoniam postremo hoc persuasum est Nobis, si doctrinarum Aquinatis studia maiore cura et sollertia incitentur, illud futurum esse, ut quae consilia Patribus Concilii Oecumenici Vaticani II proposita sint, ea ad effectum feliciter adducantur, idcirco motu proprio et apostolica auctoritate Nostra decernimus atque pronuntiamus Pontificium Athenaeum Angelicum ad omnes nationes

⁹ Litt. Encycl. Studiorum Duce, A.A.S. XV, 1923, p. 324.

¹⁰ Allocutio habita die XVI mensis Septembris anno 1960, cum Conventus ex omnibus nationibus Romae haberetur, studiorum Thomisticorum provehendorum causa, A.A.S. LII, 1960, p. 823.

pertinens, legitime erectum¹¹ et Ordini Fratrum Praedicatorum concreditum, nunc et in posterum *Pontificiam Studiorum Universitatem a S. Thoma Aquinate in urbe* esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in statuta et leges Athenaei inducatur, quae quidem vi sua valere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in festo S. Thomae Aquinatis, die VII mensis Martii, anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

¹¹ Cfr. A.A.S. XXVII, 1935, p. 418.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

Beatissime Pater,

Ordinarius Imusen., ad pedes S.V. provolutus, humiliter postulat facultatem permittendi suis sacerdotibus iterationem Sacri diebus festis Patronorum, diebus festis pagorum necnon diebus ferialibus occasione conventuum adassociationum catholicarum et piarum, primarum communionum et communionum generalium, ob cleri penuriam.

Die 19 Aprilis 1963, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Ss.mo D.no Nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, attentis expositis, Ordinario Imusen. gratiam benigne indulget iuxta preces, dummodo nullus alius sacerdos liber praesto sit pro celebratione alterius Missae, vetita celebranti eleemosynae perceptione pro secunda Missa (can. 824), ceterisque servatis de iure servandis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praesentibus valituris *ad biennium*.

L. ✠ S.

(Sig.) ✠ C. ZERBA, *Secr.*

Prot. N. 2240/63

Alessandrini

SACRA CONGREGATIO RITUUM

— I M U S E N . —

Petitioni Exc.mi ac Rev.mi D.ni ARTEMII CASAS, Imusen. Epi, Exc.mi ac Rev.mi D.ni SALVATORIS SIINO, Arch. Per-gen., Apost. Nuntii in Philippinis Insul., commendationis officio suffultae, circa facultatem Pontificalis Missae cum cantu et

absque quoque Ministris celebrandae propter Sacerdotum Clericorumque in maioribus Ordinibus constitutorum penuriam,

Sacra Rituum Congregatio, omnibus mature perpensis, respondit: "Episcopus se gerat meliori quo fieri potest modo." Servatis de cetero servandis. Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

L. ✠ S.

(Sig.) ✠ HENRICUS DANTE, *Archiep. Carp.*
S.R.C. a Secretis

Ioachim Zarmanti, *Subst.*

Prot. N. l. 13/963

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

BULLA ERECTIONIS ARCHDIOECESIS LINGAYENSIS-DAGUPANENSIS

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Philippinae Insulae, quarum integra fides sicut aster -cfr. Phil. 2:15— in immensis Asiae regionibus splendet, Apostolicae huic Sedi tantae usque curae fuerunt ut persaepe, vel proximis superioribus annis, dederint Romani Pontifices singularia erga eas suae benevolentiae ac sollicitudinis documenta: agitur enim de nobili Ecclesiae parte, cuius progressus, quos haud mediocres in religione facit, oportet sani pari externa compage fulciri. Quam obrem, expostulanti venerabili Fratri Salvatori Siino, Archiepiscopo titulo Pergensi et in Insulis Philippinis Apostolico Nuntio, ut ibi locorum nova ecclesiastica provincia constitueretur cuius esset metropolis Lingayensis-Dagupanensis, suffraganae autem nuper erectae diocesis Cabanatuanensis et Tarlacensis, audito quid sentirent venerabilis Frater Jacobus C. Sancho, Archiepiscopus Novae Segobiae, et Marianus Madriaga, Episcopus Lingayensis-Dagupanensis, quorum interesset, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, summa Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A provincia ecclesiastica Novae Segobiae LINGAYENSEM-DAGUPANENSEM Sedem sciungimus eamque ad gradum et ordinem metropolitanae Sedis evelimus, datis iuribus et honoribus quibus ceterae eiusdem ordinis Ecclesia e lege ecclesiastica fruuntur; eadem iura eius Praesulibus facimus, quibus etiam onera simul imponimus quae iusta sunt. Venerabilem igitur Fratrem Marianum Madriaga, Lingayensem-Dagupanensem Praesulem archiepiscopali dignitate honestamus, factis iuribus et honoribus, obligationibus etiam impositis quae Archiepiscopi Metropolitanae dignitatem consequuntur. Nova autem provincia ecclesiastica prae

Lingayensem-Dagupanensem metropolim, duabus dioecesibus constabit, quae has ipsa die conditae sunt, nempe Cabanatuanensi et Tarlacensi, quas cum suis Praesulibus metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Lingayensis-Dagupanensis subicimus. Ceterum volumus haec Nostra decreta venerabilis Frater Salvator Siino, quem memoravimus, ad exitum adducat, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis potestatibus. Re vero acta documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si alius eo tempore Apostolicae Nunciaturae in eadem Republica praesit, hic iussa Nostra faciet. Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impresis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur. Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto. /F. T./

H. I. CICOGNANI
A Publicis Ecclesiae negotiis.

CAROLUS CARD. CONFALONIERI
S. Consist. Congr. a Secretis

FRANCISCUS TINELLO

CESAR FEDERICI, Prot. Apost.
JOSEPH ROSSI, Prot. Apost.

Expedita die XXIX Mar. Anno Pontif. V RODOMONS GALLIGANI
pro Plumbatore

In Canc. Ap. tab. Vol. CXII N.22

BULLAE ERECTIONIS DIOECESIS TARLACENSIS

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Clarissimae famae ob locorum situm, ob catholicarumque praesertim rerum felicitatem tellus, Philippinae Insulae, eae profecto sunt quae spem optimam alant esse futurum ut vel maiores in dies, Deo iuvante. Christi

regnum in iis proferat fines. Quo nisi iudicio, quandoquidem venerabilis Frater Salvator Siino, Archiepiscopus titulo Pergensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, ab Apostolica Sede petiit ut ex dioecesibus Lingayensi-Dagupanensi et Sancti Ferdinandi nova alia excitaretur, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui praesunt Sacrae Congregationi Consistoriali atque venerabilium Fratrum Mariani Madriaga, Episcopi Lingayensis-Dagupanensis, et Aemilii Cinense, Episcopi Sancti Ferdinandi ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A duabus quas diximus dioecesibus integrum territorium separamus, quod in praesens civilem provinciam Tarlac vulgo appellatam constituit, ex eoque dioecesim TARLACENSEM condimus, quae iisdem finibus cingetur atque provincia civilis e qua facta est. Nova haec Ecclesia sedem habebit in urbe Tarlac, Episcopi vero cathedram in curiali templo, ibidem exstante, Deo sacro in honorem S. Sebastiani Mart., quod ad cathedralis templi gradum attollimus. Conditae Ecclesiae eiusque sacrorum Antistiti omnis iura damus et privilegia, officiis quoque et obligationibus Episcopo impositis, eidem ex iure communi propriis, quae inter, memorare placet esse eum una cum dioecesi jurisdictioni Metropolitanae Lingayensis-Dagupanensis obnoxium, cuius Ecclesiam ad gradum Sedis metropolitanae eveximus. Praecipimus autem ut, quoadusque Canonicorum collegium condatur, Consultores dioecesanos idem Tarlacensis Episcopus deligat, qui eum consilio et ope adiuvent; ut mensa episcopalis, quae dicitur, ex fidelium sponte oblatiis pecuniis fiat, Curiae emolumentis bonorumque parte, quae ex praescripto canonis 1500 C. J. C. novae Ecclesiae obveniant; ut minus saltem Seminarium, ad iuris canonici normas peculiareque leges Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus, cum primum potuerit, struat, pueris recipiendi qui ad sacerdotium Dei instinctu vocentur, ex quibus selectos iuvenes statuto tempore Romam mittat, ad Pontificium Collegium-Seminarium Philippinum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendos; ut, his litteris ad effectum deductis, eo ipso sacerdotes et clerici ei Ecclesiae censentur addicti in qua officium beneficiumve habeant vel ubi legitimo domicilio degant; ut acta denique et documenta quovis modo dioecesim Tarlacensem respicientia, e Curiis Lingayensi-Dagupanensi et Sancti Ferdinandi ad novam ex ipsis constitutam Ecclesiam transferantur, in tabulario custodienda. Ceterum haec quae praescripsimus venerabilis Frater Salvator Siino ad exitum adducenda curet, vel per se ipso vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Si autem tempore executionis alius in Insulis Philippinis munere Apostolici Nuntii fungatur, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit documenta exarare studeat, quae do more signata sigilloque impressa ad Sacram Congregationem quam primum mittat. Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescrip-



His Excellency
MOST REV. JESUS J. SISON, D.D.
Bishop of Tarlac

ta efficere poterunt, cum per eam derogamus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae haec haberetur, si ostenderetur. Datum Romae, apud S. Petrum, die sextodecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto. —F. T.—

H. J. CARD. CICOGNANI
A Publicis Ecclesiae negotiis,

CAROLUS CARD. CONFALONIERI
S. Congr. Consistor. a Secretis.

FRANCISCUS TINELLO
Apostolicae Cancellariae Regens.

CAESAR FEDERICI, *Prot. Apost.*

JOSEPH ROSSI, *Prot. Apost.*

Expedita die XXIX Mar. aene Pontif. V Rodomens Galligani *pro*
Plumbatore

In Canc. Ap. tab. Vol. CXII N. 23

BULLA ELECTIONIS MONS. J. SISON IN DIGNITATEM EPISCOPALEM

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto Filio Jesu J. Sison, hactenus Curioni ad S. Gabrielis Archangeli in dioecesi Lingayensi-Dagupanensi atque episcopalis Curiae eiusdem Ecclesiae Cancellario, clecto Episcopo Tarlacensi, salutem et apostolicam benedictionem. Conditae die sextodecimo mensis Februarii, hoc anno, per apostolicas Litteras “Clarissime famae” dioecesi Tarlacensi eum Nobis esset in animo, qui universam fidelium regendam familiam obtinuimus, Episcopum praeficere qui Boni Pastoris apud christianum populum formam exprimeret eiusdemque haberet ovium fovendarum curam atque sollicitudinem. censuimus Te, dilecte Fili, quod adumbravimus munus bene ex-

plere posse. Te enim novimus egregiis praestare animi ingenique dotibus pastoraliumque rerum haud parva peritia. Sententia ideo exquisita a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Consistoriali praepositis, suprema Nostra potestate Te eligimus hisque sub plumbo Litteris renuntiamus primum Episcopum dioecesis TARLACENSIS, curamque simul, regimen et administrationem damus sive rerum religiosarum sive temporalium bonorum quae possidet, cum iuribus et obligationibus congruis. Tuo autem maiori commodo studentes, concedimus ut episcopalem consecrationem a quolibet Episcopo recipias, cui duo assint episcopalis ordinis viri, qui sint omnes Nobiscum sinceris fidei vinculis coniuncti. Quod antequam fiat tuum erit, item ante quemvis Episcopum sincere hanc Petri Cathedram colentem, sive ritualement catholicam fidei professionem facere sive utrumque ius iurandum dare, fidelitatis erga Nos et successores Nostros contraque modernistarum errores. Quibus peractis, formulas iuxta quas iuraveris, tuo nomine subscripto eiusque Praesulis qui Tibi iuranti affuit, atque sigillo impresso, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittere curabis. Ad beneficium vero quod attinet, quo hactenus in dioecesi Lingayensi-Dagupanensi fructus es, censemus illud vacare, ab Apostolica Sede unico assignandum. Ceterum, dilecte Fili, hortamur Te ut, ad maiora explenda munia hodie vocatus, nulli labori parcas ut recens a Nobis constituta ista Ecclesia atque sedulitati tuae commissa optatus fructus christifidelium animis ferat. Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto. —T. T.—

Pro S. R. E. Cancellario

M. J. CICOGNANI
A publicis Ecclesiae negotiis.

FRANCISCUS TEINELLO, *Regens*

CAESAR FEDERICI, *Prot. Apost.*

JOSEPH ROSSI, *Prot. Apost.*

Expedita die XXXX Mar. anno Pontif. V Rodomons Galligani *pro*
Plumbatore

In Canc. Ap. tab. Vol. CIII N. 24

NUNTIATURA APOSTOLICA

N. 6296/63

LINGAYENSIS-DAGUPANENSIS Erectionis Provinciae Ecclesiasticae DECRETUM EXSECUTORIUM

Die 16 Februarii, anno 1963, Sanctissimus Dominus Noster JOANNES Divina Providentia PAPA XXIII novam in Insulis Philippinis Ecclesiasticam Provinciam erigere dignatus est, Lingayensem-Dagupanensem nuncupandam; ad gradum autem Ecclesiae Metropolitanae episcopalis eiusdem nominis Ecclesiam exivit eiusdem Praesulem titulo ac dignitate Archiepiscopi exornavit.

Omnia vere quae attinent ad praefatae Provinciae erectionem et Praeulis nominationem statuta extant atque disposita in Decreto Sanctae Congregationis Consistorialis diei 16 Februarii, anno 1963, iussu Sanctitatis Suae edito, et per Apostolicas sub plumbo Litteras expedito, quo etiam Decreto facultates necessariae et opportuna Nobis tributae sunt ut singulae in eo contentae dispositiones ad executionem de facto mandentur.

Quapropter, iisdem usi facultatibus, singula quae spectant ad erectionem provinciae ecclesiasticae Lingayensis-Dagupanensis ad executionem de facto mandamus, prout ea hisce paragraphis declarantur:

1) Sedes episcopalis Ecclesia Lingayensis-Dagupanensis eximitur a metropolitico jure Archiepiscopalis Ecclesiae Neo-Segobiensis eiusque Episcopus pariter a metropolitana jurisdictione Archiepiscopi pro tempore Neo-Segobiensis absolvitur.

2) Eadem episcopalis Ecclesia Lingayensis-Dagupanensis ad gradum et dignitatem Ecclesiae Archiepiscopalis et Metropolitanae extollitur eique plene attribuuntur omnia et singula jura, privilegia et praerogativae quibus ceterae Archiepiscopales et Metropolitanae Sedes, jure communi, donantur. Sinvero in posterum contingat ut in eadem Metropolitana Ecclesia Lingayensi-Dagupanensi Capitulum Cathedrale erigatur, huic gradus, titulus, et honor attribuentur Metropolitanorum Capitulorum cum omnibus jurebus, privilegiis et praecementiis quibus cetera Metropolitana Capitula fruuntur.

3) Metropolitanae Ecclesiae Lingayensi-Dagupanensi assignantur qua suffraganeae, Dioecesis Tarlacensis et Dioecesis Cabanatuanensis, eadem die 16 Februarii, anno 1963, erectae et Episcopi earundem dioecesium obnoxii erunt Archiepiscopo Lingayensi-Dagupanensi.

4) Fines igitur Provinciae ecclesiasticae Lingayensis-Dagupanensis constituuntur ex provinciis civilibus "Pangasinan", "Tarlac", et "Nueva Ecija".

5) Exc.mus PP.DD. Marianus Madriaga, modo Episcopus Lingayensis-Dagupanensis, eiusque in eadem sede successores, Archiepiscopi titulo dignitate, juribus et privilegiis augentur una cum facultate deferendi Crucem et S. Pallium sicut et ceteri Archiepiscopi postquam tamen hoc in S. Consistorio postulatum et impetratum de more fuerit.

Quae omnia et singula super descripta firma esse volumus cum omnibus effectibus qui ex Juris Canonici praescriptionibus sequuntur; ab eisque, ad quos spectat, adamussim servanda praecipimus; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Manilae, ex Aedibus Nunciaturae Apostolicae, die 10 mensis Maii, A. D.: 1963.

(†) SALVATOR SIINO
Archiepiscopus Pergensis
Nuntius Apostolicus

N. 6298/63

TARLACENSIS
 Dioeceseos Erectionis
 DECRETUM EXSECUTORIUM

Litteris Apostolicis sub plumbo datis die decimo sexto mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, quaeque CLA-RISSIMAE FAMAE inscribuntur, Sanctissimus Dominus Noster Joannes Divina Providentia Papa XXIII, precibus benigne annuens quas Exc.mus D.nus Salvator Siino, Nuntius in Insulis Philippinis Apostolicus, post auditum Exc.mum D.num Marianum Madriaga, Episcopum Lingayensem-Dagupanensem, et Exc.mum D.num Aemilium Cinense, Episcopum Sancti Ferdinandi, adhibuit, civilem provinciam "Tarlac" a dioecesibus Lingayensi-Dagupanensi et Sancti Ferdinandi separavit atque ex ea novam dioecesim, TARLACENSEM cognominandam, fundavit.

Ut autem omnia rite perficiantur quae ad erectionem novae huius dioecesis spectant et in memoratis Litteris Apostolicis decernuntur, idem Sanctissimus Dominus Noster infrascripto Nuntio Apostolico facultates necessarias tribuere dignatus est. Quibus igitur usi facultatibus, ea quae infra ponuntur, praesenti Decreto executioni mandamus:

- 1) Diocesis erigitur Tarlacensis quae iisdem terminatur finibus ac civilis memorata provincia "Tarlac": eadem Ecclesia Tarlacensis Sedi metropolitana Lingayense-Dagupanensi constituitur suffraganea, eiusque Episcopus juri metropolitano Archiepiscopi Lingayensis-Dagupanensis obnoxius;
- 2) Episcopus Tarlacensis sedem suam in urbe Tarlac ponat, cathedram vero in curiali ibidem exstante templo, in honorem Sancti Sebastiani, Martyris, dicato, quod etiam ad gradum et dignitatem sacrae aedis cathedralis attollitur; Ecclesiae ita conditae omnia jura et privilegia dantur quae ex jure eidem competunt, eiusque Episcopo omnia jura iustaeque obligationes quibus ceteri per terrarum orbem Episcopi afficiuntur;
- 3) Mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae proventibus efficietur, liberis fidelium collationibus atque ea bonorum parte, quae ad normam canonis 1500 C.J.C. conditae dioecesi contingent;
- 4) Episcopo Tarlacensi maximae curae sit ut minus saltem seminarium in suo territorio extruatur, e quo lectissimi quique iuvenes suo tempore Romam mittentur ut, in Pontificio Collegio-Seminario Philippino excepti, philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur;
- 5) Quoadusque Capitulum cathedrale canonicorum constituatur iuxta regulas per alias sub plumbio Litteras Apostolicas edendas, Consultores deligantur dioecesani qui sacrorum Antistitem consilio et ope iuvant;
- 6) Ad regimen Ecclesiae Tarlacensis et administrationem quod attinet, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad idque genus alia, Codicis Juris Canonici praescripta adamussim serventur;
- 7) Praesenti Decreto promulgato, Ecclesiae illi clerici censeantur addicti, in qua legitimum domicilium habeant.

Quae omnia hucusque disposita vim suam iugiter retinere volumus, et ab universis quorum res est fideliter servari; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praecipimus denique ut, cum primum fas erit, acta et documenta novam dioecesim quovis modo respicientia ad Curiam Tarlacensem transferantur, ibidem in tabulario religiose custodienda.

Datum Manilae, ex Aedibus Nuntiaturae Apostolicae
die 10 mensis Maii, anno 1963.

(†) SALVATOR SIINO
Nuntius Apostolicus

COMMISSION OF BISHOPS FOR THE INTERPRETATION OF THE DECREES OF THE PLENARY COUNCIL

Decrees 698 and 699

34. **Dubium:** Are the PRE-BAR REVIEW CLASSES as conducted in the Philippines comprehended by the prohibitions of Decrees No. 698 and 699?

Answer: Negative.

35. **Dubium:** If in the affirmative, may the Local Ordinary, by virtue of Decree No. 13, dispense from the observance of the above-cited decrees, thereby making recourse to the Holy See unnecessary for Catholic Schools and Colleges which might want to hold PRE-BAR REVIEW CLASSES?

Answer: Provisum in No. 34 praecedenti.

36. **Dubium:** If answer to question No. 34 is negative, may Catholic Schools hold such PRE-BAR REVIEW CLASSES without the explicit written beneplacitum of the Local Ordinary?

Answer: Affirmative, sed omnino decet ut assensus Ordinarii Loci obtineatur.

